UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amoe inaccessibilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO XVIII.

AMOR DEI,

Amor inacceſſibilis.

DUobus modis anima tendit in Deum: *acceſſoriis gradibus, vel inopinatis raptibus*: vel ambulando, vel volando: vel adjuta à Sponſo, vel rapta à Dilecto. O Amor inacceſſibilis; ô Amor altus, & ſecretus! ô Amor cœleſtis, qui in mari quodam dulcedinis alis, obleſtas tuos dilectos! Nullus eſt, qui ad te poſſit accedere: opus eſt ſummi Amoris, trahere animam ad te.

Hæc eſt merces laborum, hic finis amoris, intrare in *Sancta Sanctorum*, ubi abſconditum eſt manna divinæ dulcedinis: hoc eſt tertium cœlum, in quod raptus fuit Paulus Apoſtolus: hæc eſt menſa cœleſtis, ad quam Sancta Magdalena divinis epulis quotidie gaudebat ſepties. *O felix hora! ſed brevis mora.* O tempus feliciſſimum, ſtatus paradiſi: Sed parùm durat, celeriter tranſit. *Septies in die cadit juſtus*, de conſolationibus cœleſtibus, ad nativas miſerias.

O Amor, ô Gaudium, ô Suavitas! inacceſſibilis quidem in terra; quia pondus corporis impedit fervorem animæ: Sed acceſſibilis in cœlo. In cœlo, ubi eſt noſtra patria, pater noſter, mater, cognati, amici: In cœlo, in plenitudine Gaudiorum, in felicitate Deliciarum.